



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Medit. III. De indifferentia in usu rerum creatarum summè Sacerdoti
necessaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

defectuum inquires, inter quæ meritò præcipuum, radici ex qua ejusmodi peccata pullulant, extirpatio tenetur, quæ proinde sollicitè indagabis, & generoso animo oppugnas ac evellere incipes.

Clauderur hæc consideratio per Psalmum Miserere, uia alias similes preces sincerum de peccatis dolore continuo

M E D I T A T I O III.
pro prima die.

D E I N D I F F E R E N T I A I N U S U R E R U M
creatrarum summè Sacerdoti necessaria,

Scopus.

Firmum propositum rebus creatis, non nisi quatenus uincentem finem conducunt, utendi.

Punctum I.

Considera I. Quem in finem DEVS Mundum & Restinas in eo existentes produxerit, nimirum ut Homini servarent, cùmque in fine suo ultimo consequendo juvarent; ieiunum Psalmita Psal. 8. testatus est dicens: *Domine quid enim homo, quod memor es ejus? Minuisti eum paulo minus Angelis. Gloriā & honore coronasti eum, & constitui sis super opera manuum tuarum.*

Considera II. Si tam felicem se olim judicavit Josephus prius à Putipharo super domum suam, postea vero ab ipso Rege Pharaone super totum Regnum Gubernator & Administrator constitutus est; quantum tu favorem & beneficium te à DEO consecutum fuisse existimare debeas, quando non super unicam domum, aut regnum, sed super universas creationes, quatenus tibi & alijs hominibus in usum conceduntur, Administrator à DEO es constitutus?

Considera III. Quàm meritò obstupescere debeas hanc favorem, & cum S. Davide exclamare: *Domine, Domine noster, quàm admirabile est nomen tuum in universo terra!* Sed & firmissimum concipere propositum, tanto perteius hoc munere Administrators fungendi, quanto magis per illius collationem beneficium tibi collatum est. Collo-

ium ad DEVM cum pijs affectibus Admirationis, Gratia-

liois, Humilitatis &c.

Punctum II.

Confidera I. Quæ potissimum dotes requirantur ad bona Administrationem rerum servo commissarum, nempe illud, quas Christus Matthæi 24. indicavit dicens: *Quis justus & fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam?* Prudentia scilicet & Fidelitas; hæc enim duæ dores, sunt illa duo instrumenta, quibus tuta veri servi perfectio compleetur, & acquiritur.

Confidera II. Quid Prudentia præscribat servo, nimirum ut semper in actionibus suis respiciat finem suum ultimum, & res creatas, quæ velut media ad dictum finem obtinendum ei concessæ sunt, non aliter, quam quatenus ad finem conducunt, usurpare studeat. Quid item Fidelitas ab eo exigit, ut scilicet id, quod Prudentia illi dictavit, fideliter fortiusque exequatur, & ad solam DEI Gloriam referat, ideoque cuicunque rei creatæ ad amorem illicitum incitantem cum Josepho Patriarcha dicat: *Ecce Dominus meus omnibus misericordia tradidit ignorans (quasi) quid habeat in domo sua: ne quidquam est, quod non in mea sit potestate, & et non trahideris mihi, prater te (de qua sola dixit: Gloriam meam alteri non dabo, scilicet, ut creature propter seipso aut propter nostantum diligentur) quomodo ergo possum hoc maius facere, & peccare in Dominum meum?*

Confidera III. An & quomodo tu has geminas dotes habens habueris, aut certè deinceps comparare velis. Colloquium.

Punctum III.

Confidera I. Quale, quantumque præmium sperare possit, si fidelis & prudens in administrandis rebus creatis reputus fueris, nimirum illud, quod Christus cit. cap. indicavit dicens: *Beatus ille Servus, quem cum generis Dominus, invenerit sic facientem.* Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constitueret eum. Quin imò sicut olim DEVS propter fidelitatem Josephi Patriarchæ benedixit ipsi etiam domui Patiphatis, & multiplicavit tam in ædibus, quam in agatis cunctam etiam substantiam; ita ipsam quoque Regionem

nem aut Civitatem, in qua habitant ejusmodi fideles Servi benedicet, & à varijs quidem malis custodier, copiosis zanclus bonis, gratiisque cumulabit.

Considera II. Si ille Servus, qui super pauca, id est, spes inanimis aut irrationalibus fidelis inventus est, super omnibus bona DEI constitutus est; quantò magis ejusmodi præmio multoq[ue] majus sperare possit Sacerdos, qui super multis est, ipsas Animas pretiosissimo Christi Sanguine redempta fidelis extiterit.

Considera III. Quantopere spes præmij istius te animo & excitare debeat ad dictam Fidelitatem omni studio exhibendam; si enim servi hujus Mundi ob tam levia labores suorum præmia tam fidele & promptum Dominis suis servitum præstant, quantè magis Supremo Domino ob tam præmium similem Fidelitatem præstare patet? Colloquium ad DEVVM, erumpendo in illa S. Davidis verba 115. O Domine, ego servus tuus, & filius Ancilla tua.

Vide etiam, si placeat, Jac. Masenium fol. Vel Jo. Vopsum p. 2. med. 4.

Conclusiones.

I. Ergo Accipe, reddde, cæve. Accipe beneficium, res cunctas: Redde servitum, fidem eorum usum: Cave supplicium, si abusus fueris.

II. Ergo ne postules ea, quæ fiunt, arbitratu tuo fieri, sed si sapis, ita fieri quæque velis, ut fiunt. Morbus est corporis impedimentum, instituti non item. Claudatio peccati est impedimentum, instituti non item. Quod si singulis in rebus, quæ incident, consideraris, invenies eas alterius cupidiam rei, non tui, esse impedimentum. Epictetus. Ench. c. 13.

III. Ergo cæve, ne nimium innitaris super desiderio proprio concepto, me non consulto; ne forte postea paeniteat, si displiceat, quod primò placuit, & quasi pro meliore zelatus. Non enim omnis affectio, quæ videtur bona, statim est, sequenda, sed neque omnis contraria affectio ad primum tegienda. Expedit interdum refrenatione ut etiam in bonis studijs & desiderijs, & viriliter appetitui sensitivo contrarie nec advertere, quid velit caro, & quid non velit, sed hoc meum gis satagere, ut subjecta sit etiam nolens Spiritui. Thomas Kemp. l. 3. c. 11. Legatur etiam c. 10. lib. 3.

SECUNDA DIES.

Hæc dies tota in consideratione peccatorum impendatur, eò potissimum tendente ut & quantum ab ultimo discesseris, clare cognoscas, dolerasque, & ad eundem recteriori statuas; nec enim pars minima seriae emendationis a errore cognoscere.

Tessera.

Erravi, O Domine, sicut ovis, qua periret; quare servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Psal. 118.

MEDITATIO I.

DE PECCATI MORTALIS A SACERDOTE COMMISSI GRAVITATE.

Scopus.

Horror & seria detestatio peccati mortalis.

Punctum I.

Considera I. Quam grande fuerit peccatum Iudæ, Christum trinita argenteis vendentis, & Osculo tradentis; id quod cognosces facile, si in primis perpendas, *Quis vendiderat*, videlicet Judas, qui speciali beneficio à Christo ad Apostolatum vocatus, fuerat: qui tot Conclaves solidissimas à Christo audiverat: tam præclara virtutum exempla ab illo acceperat: tot miracula viderat: cui pedes paulo antè stupenda demissione loti, & corpus & sanguis proprius inexplicabili charitate dati fuerant. Deinde *Quom* vendiderit, scilicet Conditorem, Magistrum, Summum Benefactorem, Dominum DEVIM, &c, ut uno verbo dicam, infinitum bonum. Denique quo pretio & modo vendiderit, tradideritque, nempe vilissimo trinita argenteorum pretio, & osculo perfide & malitioso geni Christi infixo. Ex quibus omnibus arguitur crimen hoc Iudæ fuisse summam ingrati animi notam, dum tanto Benefactori suo tot beneficia tam male repedit: Summam stultitiam, eò quod infinitum bonum paucis nummis penititiat: & summam injuriam, dum prædictos nummos. Infruct. VIII.

T

Chri-